

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaucensis

UT benè sit Sponsis, Cypriam non invoco Nympham,
Absit ab his tabulis Juno, facessat Hymen.
Te sed **CHRISTE** voco, castis pius annue pactis,
Et benè **SPENGLERI** cedere vota jube.
Vina tuo dono cumulentur amantibus, uvas
Et gignat dulces vitis odora tori.

ita vovet amico suo & in Domino fratri

PAULUS RÖBERUS D.

Quid Trismegisti Numinis faventiã,
Et perpetuã possessione pignorum
Huic musteo precer pari melius? sat est
Tranquilla si det illa vobis tempora,
Hæc firma longum servet illa gaudia.

*prosperrima Novis nuptis precatu
properabat Wittebergæ*

JOH. HULSEMANNUS D.

Ad

*Clarissimum Dn. Sponsum, quondam Collegam & Con-
salinum suum honorandum.*

Quam pietas meruit, quam dotes, quamq; labores,
Hanc tandem Sponsam *Clare* Magister habes.

A Domino id factum, qui pulsat corda ligatq;,
Qui castas nymphas datq; negatq; Viris.

Gratulo hanc sociam, par nobile cresce, viresce,
Inq; animis binis floreat unus amor.

JOHANNES Sperling / *Phys. Prof. P.*
& p. t. Col. Phil. Decanus.

MAuritiam puellam,
Et tot decora puellæ,
Laudesque rariores,
SPENGLERE, gratularer

A 2

Proli-

Justitiæ documenta Dei nunc sentit & iræ
Longè prævisæ Lipsiæ & Albi onus.
An tam averfus equos Phœbus, *Spenglere novelle*
Sponse, Berolinâ jungit ab urbe suos?
Necquicquam curæ cordiq; cathedra Lutheri
Ampliùs, (obtusum pectus!) ut antè, tibi?
Saxonix tantos, oro, miserare labores:
Nunc rigeat Juno, nunc requiescat Amor.
Sed tibi quod metuas, non est, ó *Sponse novelle*,
Antiphrasis tristi sic jubet ore loqui.
Nunc socialis Amor vigeat, nunc pronuba Juno:
Pignora, quæ nobis Mars rapit ante diem!
Rectè fecisti, tantos tibi grator honores,
Sit concors lectus, luctus abesse velit!

Amice gratulationis ergò f.

CHRISTOPHORUS Nottnagel

P. P. Witteb.



Πατρίδα δῶκε Βαρίοκη ἄρχερα : σοφὴ δὲ γε Μῆσαν
Λεύκορις ἐπὶ τῶ λῶον : δῶμα δὲ Βερόλινη :
Ἄλλὰ λέχῃ Σπάνδα. Δέομαι, Φέρε, Νυμφίε, Φράζειν,
Τίς τείν ἄρ κείνων δῶκε ποθεινότατον;

Suo amicissimo SPENGLERO

fac. Wittenberga

M. Johannes Ericus Osterman-
nus, Græcar: Liter: Prof. Publ.



Herr Spengler zieret nun die Braut / so ihr hinnehmet /
Sucht Spangen sucht herfür / und dann euch recht be-
quemet /

Spangen / und solche ding. Hingegen stecket an
Das Jungfer ringelein / welchs Sie Euch geben fan.

Singularis animi declarandi ergo fac.

M. NICOLAUS POMPEIUS

Mathem: Infer: Prof. publ.

A 3

NYD


מצא אשה מצא טוב ויפק רצון מירודה

Qui invenit uxorem, invenit bonum: & educet benevolentiam à DOMINO. Proverb. 18. v. 21.

SI, caelo & terrâ testante, beatus haberetur,
Cui virtute datur nupta jugata viro:
Næ multos superas faustis successibus, uxor
Cum venit in thalamum laude decora tuum,
Hanc ego, Vir præclare, tibi congratulor auram
Fortunæ, curæ cætera trado DEI.

αὐτοχρηστῆς

M. ANDREAS SENNERTUS
Ebræar: Lit: Prof: Publ.



SPENGLERUM peperit tristis Voigtlandia nostrum;
Ast ipsi Sponsam Marchia læta dedit.
Quæ pia WELLERO Sponso sum vota precatus,
Hæc nunc SPENGLERO, sed geminata, canam:
Crevit in Ægypti veluti regione Josephus;
Sic quoque SPENGLERUS scandat ad alta poli.

M. MICHAEL WENDELERUS Practicæ
Philosophiæ P. P. Wittebergæ.



NUPTIIS

DN. M. ADAMI SPENGLERI &c.

FESTIVIS lepidè dùm Sponsus cessat in ulnis,
Atque animam Sponsæ faucibus ore bibit.
Lusibus innocuis & me quoq; læta precari
Expetit, ut juvet hos lætus & æquus Hymen.
Eveniant opto securæ commoda vitæ,
Unanimis pariter vivite corporibus.

M. Johannes Dürrius Collegij Phils,
Witteb. Adjunctus deproperabat.

Clariss.

Clarissimo atq; Eximio

DN. M. ADAMO SPENGLERO, Philosopho
& Philologo Præstantissimo, Sponso.

ERgo animam placuit tandem concedere flammis
Cyprigenæ & blando subdere sceptrâ jûgo?

SPENGLERE Aoniæ molis sublimior Atlas

O Parnassiaci lucide Phœbe poli!

Obvia tam placidos hinc libat cynthia vultus,

Hinc reparat metuas cynthia chara faces!

Optato fruerè hoc dono, cultissime Sponse,

Et tum Cyprigenâ cresce, viresce, tuâ!

gratulab. f.

M. JOH. CHRISTOPHORUS SELDIUS Franc
Fac. Phil. Adjunctus.

Contigit ut doctrina tibi donante Jehovâ,
Ut Berolinensis tradita sceptrâ scholæ.

Sic nunc, quod voveo tibi præstantissime Sponse,

Non sine cœlesti numine Sponsa venit.

Ipsè ego, quod feci semper, tibi grator utramque,

Afferat hæc natos, plus tamen illa, precor.

f.

M. Johannes Meisnerus Torg. Fac. Phil. Adj.

Ad tædas SPENGLERE tuas mea carmina poscis,
Carmina Musa negat.

Do votum; Superi thalami pia cœpta secudent,

Ut bene cedat amor.

Sit semper sine lite thorus, fœcundaque, semper

Prole repleta, domus.

S.

Populari atq; Amico veteri

deproper. Witeb:

M. ANDREAS FERBER Cynci.

Uxorem

UXorem sociale viro decet esse levamen,
 Qvod, qvacunq; potest parte juvare, juvet.
 Qvâ verò ratione suum juvet illa maritum?
 Qvæ pietate caret, qvæ probitate vacat.
 Qvæ joca, qvæ tempe potius quàm templa moratur,
 Conjugis ad nutus qvæ manet usque, ferox:
 Ergò cum studiis aptam, formâque, decoram,
 Relligione piam, virginitate probam:
 Fortunæq; bonis placidæ mediocribus auctam
 Qvæq; alium quàm te nescit amare virum,
 Resque tuas simul atque suas curare peritam
 Nunc ducas Sponsam, Sponse beatus eris.

*Amico & fautori suo
 deprop.*

M. PAULUS RÖBERUS Hallensis Saxo.



מֵאֲשֶׁר חָתַן וְכֹל־מַעֲשֵׂיָהּ
 וְכִרְוֶה כֹּלֶךְ לְאֵל קִדְשֵׁיךָ:
 אֲשֶׁר מִצְאָתָ לְךָ אֶת־בְּתוּלָהּ
 יִפֶּת הָאָרֶץ וּבִיוֹנָה כְּלוּלָהּ:
 וְהִיא אֶת נַפְשָׁךְ תִּשְׂמַח שְׂמֵחוֹת
 וּבִתְךָ בָּנִים תִּמְלֵא וּבָנוֹת:
 לְךָ מִימֵי הַבְּתוּלָהּ לְבָרְךָ
 וְתִהְיֶה עוֹרָה בְּכֹל־יוֹם כְּנִגְדְּךָ:
 אֲנִי אֶתְפַּלֵּל אֱלֹהֵי כְרֹכָה
 וְיוֹסֵף לָכֶם יָמֵי הָאָרֶץ:
 מִטֵּר אִמָּה וַחֲסָדִים בְּקָרִים
 אֲרוֹנוֹנוֹ וּמַטְבַּח מִן־מְרוֹמִים:
 לִיתֵת אֶת־אֲשֶׁרְךָ כְּגִפְן הַתְּנוּבָה
 וּבְנֶיהָ כִּשְׂתֵּלֵי רַחֲבָה:

*Id quod ex animi mente Fautori honoratissimo
 & Amico singulari precatur*

M. Johannes Ernestus Bornitius,
 Wurzenâ-Misnicus,

Sic

Sic ergo ver ætatis atq; flos bonis
Dum consecratus literis olim fuit,
Visq; ingenî capacioris particeps
Est facta, cujus erat capax, scientiæ,
Mentisq; lux divinior, divinior tamen,
Illustriorq; reddita est, vi luminis
Exotici, suavissimos maturior
Ætas laboris improbi fructus capit.
Pedisequus virtutem honor namq; excipit,
Fideiq; sparta nobilis conceditur
Tuæ: sed & (qui honoris haud minor gradus
Est) proxeneta Christo & auspice nobilem,
E virginali virginem ducis choro.

Sic nempe diligentiam pensat DEUS,
Flos eruditorum, amice maxime,
Et pro labore redditur felicitas,
Quam magna stipat undequaq; gloria.
Propitius te porro sospitet DEUS,
Beetque, nuptiisq; cœlitus tuis
Benedicat atq; temporarias opes
Mentisq; dotes augeat porro bonus.

*Sic Fautori suo planè singulari atq; Amico
colendissimo ex animo precatur*

M. Fridericus Holtzmannus Fr.

GRata Deo nimium conjunctio casta duorum,
Ignea queis simili vis in amore viget.
Sollicitare toros nec quosvis more ferarum
Præcipit, hinc sanxit fœdera conjugii.
His motus sibi, SPENGLERUS, pietate potentem
Adiungit sociam fœdere connubii.
Concordi, voveo, traducite fœdera nexu
dulcia, discedant jurgia vana procul.

B

Cre-

Crescite felices, pulchram producite prolem,
Quæ referat Clarum pectore, & ore patrem.
Cerne senis Pylij, Mecœnas, secula longa,
ET TU Cumææ, Sponsa venusta, dies.
Hæc ego vota fero, decoroq; hoc munere vestras
Tœdas: Tu votis annue, Christe, meis.

ita

ὀλοψύχως

gratulatur

Conterraneo honoratissimo

M. JOHANNES MIRUS
Adoriffâ Variscus.



Ode an den Herren Bräutigam.

Στεγφν.

Vnd Ihr auch / Vielgeehrter Freund /
wolt dennoch lieblich Euch vertrauen /
vnd übergeben einer Frauen /
die Euch vor allen liebt vnd meint ?
wie / wenn Sie aber Euch verlenckte ?
wie Eva ihren Adam senckte
durch einen vnvergönten biß
in Pein vnd groß bekümmerniß.
Wie leichtlich könnt Ihr Euch verfangen
In Ihren Apffel-rothen Wangen?

Daß

Das Sie werff Ihrer Augensicht
Auff Euch/ vnd Euch doch nicht bezwinge/
Sonst gleubt man wunderliche dinge/
Dieß/ liebster Bräutigam/ gleubt man nicht.

ΑΥΤΩ ΕΡΩΦ.

Doch / Ewer allerliebste Braut/
Ein schöner Spiegel ihrer zeiten /
wo solte Sie Euch hin verleiten?
Der Himmel hat Ihr anvertraut
Nicht wenig Junafreulicher Gaben:
Selbst Ihr Geschlecht hat Sie erhaben
umb das Sie liebt verschwiegenheit/
Das Zucht vnd Demut allezeit
In Ihrer Gänge vnd Geberden
Zugleich verknüpfft gefunden werden.
Was Euch/ Herr Bräutigam/ beliebt/
Was Ihr begehrt nach Ewern willen
Ist Sie dienstfertig zu erfüllen/
Zum Pfande Sie das Herz Euch giebt.

ΕΠΩΔ.

Wir wünschen Euch / Liebste verbundene Her-
zen /

B ij

Aus

Aus treuen Gemüthe /
Von Himlischer Güte /
Beständige Freude / entfernet von Schmerzheit.
Der Adam vnd Eua zusammen gegeben /
In Blumen vnd Freuden /
Auch selbigen beyden
Versprochen hat Segen vnd seeliges Leben:
Der wolle auch Ewer im besten gedencken /
Vnd heute vnd immerdar reichlich Euch schencken /
Trost / Wonne vnd Ruh /
Den Himmel darzu /
Mit ewigen Schätzen /
Die alles ersetzen!

So lebet nun frölich / Ihr liebsten zwey Liebe /
So jauchzet ohn' ende! —————

Also wünsche
Seinem vielgeliebten Herren
vnd Freunde /

M. Johannes Friedrich
Dresdensis.



Ad

Ad Clarissimum Dn. Sponsum.

Vix ambigam, quin Sponsa, Vir Clarissime,
Pudica tandem voce suavi Te roget:
Ostende, *Perdilecte*, nec non approba,
Num sis, priores literæ quem Nominis
Subesse dicunt, scilicet MAS strenuus? *Mag. Ad. Spengl.*
Quid Sponse respondebis optatissime?
Certè nihil sciam, quod aptius queas,
Quàm rursus ex cæpse percontarier:
Quo, Sponsa, Te mihi probabis Virginem?
Lis voce dirimetur: *Experimini!*
Ego precor: *DEUS Mari, Idem Virgini*
Des largiter, quicquid dari petunt sibi!

*Fautori Suo Honoratissimo
faciebat*

M. Bernhardus Taube/
Rosvinensis.

SPENGLER E, dum vis nuptias cum virgine
Celebrare castâ, gratulor multùm Tibi,
Namq; istud ipsum prisca requiret fides,
Antiqua pietas, quâ ligatus sum Tibi;
Addoq; votum hóc turbulento tempore:
Faustum omne quicquid evenire potest precor,
Precorq; sobolem charam & optatam domum.

M. David Grossius,
Mitw.

B 3

Dona

Dona ferant alii sponso sponsæq; novellæ,
 Ære quibus turget cista referta gravi.
 Ast ego vota feram, votis placatur Olympus,
 Nec nisi vota cupit, nec nisi vota probat.
 Absit Eris lites & noxia iurgia miscens,
 Adsit Eros thalami, foedera pacta tegens.
 Absit acerba lues, absit procul horrida tabes,
 Adsit mens sano in corpore sana diu.
 Absit inops tenuisq; domus tenuisq; supellex,
 Adsit abundantum copia dives opum.
 Absit & extremos fugiat mors tristis ad Indos,
 Adsint Nestorei secula trina senis.

*Ita suo quondam præceptoris
 fideli congratulatur ut
 debet.*

Hieronymus Ægidius Nymman,
 Bischoffvverdenfis.



והנה קרב יום שמחתך
 אשר בו הושבת כלתך:
 שמחנא חתן על כל אשרך
 ובמאד שמח את אשרך:
 אשר תהיה כרת ראשך
 וגם היטיב היטיב אל נפשה:

In Præceptoris sui quondam meri-
 tissimi nuptiales honores pau-
 cula hæc addere voluit
 Martinus Lubath.

אליה

Αυτίκ' ἐπουρανίῃς Φρονίμως ἐνὶ γράμματι ἀρχῇ
 Κοίραν ὑψιμέδων, μέγαν ὅς τεκτῆνατο κόσμον,
 βελεύει βέλευμα τὸ, πᾶσι μέρῃσιν ἄριστον,
 ζώμεν ὅτι ἀγαθὸν μόνον ἀνὲρ, ἀνευθε γυναῖκος.
 Ἰένεκεν εὐζῆται γάμον ἀρραγὲς ἄμμα βίοιο,
 ὃ δὺο συγκολλῶν ἔνοσι θεὸς ἄρσενα, νύμφην,
 ὡς γαμέται χάρῃσιν ἀμοιβαίησιν ἀρωγαῖς,
 καὶ γένος ἀνθρώπων βλάση, πλήθη τὸν ὄλυμπον.
 Ναι τῶτο ζυνέηκε σοφῶν ἀντάξιος ἄλλων
ΣΠΕΓΓΛΗΡΟΣ μέχρη τῶ πολυπόκιλος ὦ πόνοσ ἦθ
 Μουσῶν ἐν θυμελῆς κοσμεῖν ὡσε Φρενα παιδῶν
 ἦθεσι καὶ μυθοῖσι τὰ νῦν, χρυσῶιο διδόντος,
 εὐσεβῆ, ἣν ἦτησεν ἀφ' ὑψιμέδοντος, ἀκοιπὴν
 εἶλαχεν, ἐν μοχθῶ πυκινῶ μείλιγμα γλύκιστον.
 Τίς Σέγε Νυμφευτῆρα τρισόλβων ἔχι λέγοιτο;
 ὑμῖν ὀλβοτόκειαν ἀπ' αἰθέρος ἀμφιφανύσῃ
 εὐλογίην τε διδῶ διδῶ γαμίοισι ἐνὶ χάρματα λέκτροις,
Κ' εὐφύϊν τέκνων, ζωῆς ἀκραιφνέος ὀλβον
 Πόσφιν ὄρεο σοφός, καὶ καρτερός ἀνδρα μέτερος.

Συγχαρίματος ergo adj.

Christophorus Hindenberg.

Ex Ebraeo fratris:

Næ felix tua, Sponse, mihi fortuna videtur,
 In cujus thalamum casta puella venit.
Hæc Tibi cum vultu poterit diffundere mentem,
 Atque domum multâ prole beare tuam.

Hæc

Hæc Tua sola; Tuiq; hæc sola levamen Amoris;
Totius hæc vitæ certa medela tuæ.
Acclamo, votis supremum Numen adorans,
Ut vobis seri sint sine fece dies:
Sit quoq; foecundus thalamus, quo vitis ad instar
Sit conjux, soboles palmes ut aureola.

In honorem nuptialem sui olim
Præceptoris fidelissimi atque
optimè meriti fecit

Christianus Bornitius
Wurz. Misnicus,

F I N I S.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





59

ationes votivæ
Nuptiis

ni atq; Eximii Viri

AMI SPENGLERI,
I BEROLINENSIS
ORIS MERITISSIMI,
SPONSI;

ET

moratissimaq; virginis

NNÆ,

verendi & Clarissimi


ACHIMI MAURITII,
positi Spandoviensis fidelissimi,
iliae, Sponsæ;

ad diem VI. Novemb.
tis anni M DC XLII.

dictæ Wittenbergæ

à

Fautoribus atq; Amicis.



ANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black